




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Benedictus Abbas. Observatio Regulæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)



S. BENEDICTUS ABBAS.

Observatio Regulae.

Deus, qui per famulum tuum BENE-
DICTVM Monachis scripsisti Regu-
lam, discretionem præcipuam; fac ut
ejus observantia in cœnobiis vigeat,
& Ecclesiam bono ædificet exemplo.

Ora pro Ordine Benedictino,



Nursiæ in Umbria sub an. 480 natus
BENEDICTVS, dimissis studiis, cum
 nutrice petiit eremum aliquam. Inde solus
 Sublacum transit; uno que tantum conscio
 quicibus præberet, triennium in specu vi-
 xit. Hic ostenditur locus, ubi ipse nudum
 corpus volutavit inter vepres, quo ad subje-
 ctas à dæmone libidinis faces, doloris sen-
 sus extingueret: quas vepres S. Franciscus
 Assisias veneratus, rosas eis insevit. Ibi
 cum non posset latere diutius, 12 ædificavit
 monasteria, prius quam an. 529 Cassinum
 montē occuparet: in quo multis ad se colle-
 ctis Regulā scripsit, virtutibusq; & miraculis
 ac prophetiæ spiritu præditus, Totilæ Go-
 thorum Regi an. 541 prædixit mortis suæ
 tempus; ipse vero prius ad cælos abiit, quo
 præferri animas SS. Germani Episcopi Ca-
 puani & Scholasticæ Sororis suæ viderat
 defunctus Sabbato ante Dominicam Pas-
 sionis an. 543. Quantis ibi mox fulserit mi-
 raculis sciremus, nisi monasterium Longo-
 bardi desolassent anno 589. Vitam tunc S.
 Gregorius Papa scripsit, uti narrarunt
 discipuli adhuc superstites.

*Fili, si susceperis sermones meos, & manda-
 ta mea absconderis penes te, inclina cor tuum
 ad cognoscendam prudentiam. Prov. 2.*